Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

De Sco Stephano pto martire. Lect. s. e. Scdm Mathev.

In illo tempore. Dicebat ihc turbis iudeorum. & principibus sacerdotum.
Ecce ego mitto ad uos pphas & sapientes & scribas. & ex illis occidetis. & cru-
cifigetis. & ex ipsis flagellabitis in synagogis uestris. & persequemini de ciui-
tate in ciuitate. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super
terram. a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem
occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis. omnia hec ueniet super
hanc generationem. Ierusalem. Ierusalem. quae occidis prophetas & lapidas eos
qui ad te missi sunt. quotiens uolui congregare filios tuos. quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas. & noluisti. ecce relinquetur domus
uestra deserta. Dico enim uobis. non me uidebitis modo donec dicatis. Benedictus
qui uenit in nomine domini. Omel. S. Iohis Epi.

Prophete enim erant. quia pphetico spiritu erant repleti. Sapien-
tes erant corde. sicut pphetae dicunt de eis. Et eruditos corde insapientes.
Scribae autem erant. quia de thesauris suis noua & uetera proferebant. Sed
primum uideamus qua causa dicit. ideo ecce ego mitto ad uos. Superius ·x·
dixerat. ue uobis scribae & pharisei hypocritae. qui edificatis sepulchra
pphetarum. & ornatis monumenta iustorum. & dicitis. Si in diebus patrum
nrorum fuissemus. non essemus socii eorum in sanguine pphetarum. & hoc non solum
uerbis sed ipsis edificationibus dicitis. Si in diebus patrum nrorum fuissemus non
essemus socii eorum in sanguine pphetarum. uolentes uos coram hominibus
iustificare. qui secundum uisionem operum iudicant. & non coram deo qui corda
cognoscit. quod est hypocritarum. Ideo ego mitto ad uos pphetas & sapi-
entes & scribas. & ex ipsis occidetis & crucifigetis. & persequemini de ciui-
tate in ciuitate. & mensuram patrum uestrorum non bene plenam implestis. peio
ra patribus uestris facientes. quo illi quidem pphetas occiderunt uos autem ipsum
dominum pphetarum illi eos qui annuntiabant uenturum filium dei. uos
autem eos qui eum iam aduenisse testantur. ut sic per ipsa opera uestra hom
icidia alia testimonium uobis reddatis. quia filii estis homicidarum. ut non
solum sanguis istorum. sanguis uerum etiam propter istorum sanguinem omnis sanguis
precedentium sanctorum ueniat sup uos. Nunc utrumque ipsorum uerborum uideamus. ·xi·
Ostendit quia intelligit corda illorum. quia tales sunt ut fatiant quod patres
eorum fecerunt. Nam apud dominum qui hominem uult occidere &
potest. ante quam occidat quasi homicida habetur. & qui ad
alterum committere ausus est. ante quam committat iam adulter est
ante dominum. & qui perire parauit est. ante quam moriatur iam periurus uidetur.
quia dominus non exoperibus iudicat. sed ex cogitationibus & corde. dicente
apostolo testimonium reddente conscientia eorum. & cogitationibus inuicem